

## Capitulum

## V

148

sciat aut credat. Si aut in veritate non sunt derelictae. ipse in inuentor bona fide hoc credit et accipit etiam a se retinendi. tunc ignorancia facti eius excusatur de alex. Si aut non credit eas derelictas. et accipit eas animo retinendi. tunc furtum committit. quod praeterat re aliena. Et de hoc intelligit illud aug. in quodam ome. sic dicitur. Si quid inuenisti et non reddidisti rapuisti. Dicit tamen pe. pa. in iij. de consuetudine thesauris vbi dicitur quod inuentus sit est principis. et sic ille solus potest facere elemosinam. Est enim thesaurus vetus depositio pecunie cuius memoria non extat. Sed quod restituent inuenta. quoniam nescit cui. Rñ. fm ray. Faciat inuentor publice dici per prebites vel per ecclesias vbi re inuenit. Et fm hosti. ante quod domino restituat si dubium est cuius sit. certificari debet inuentor per circumstantias rei. alias forte multi non omnem eam pererent.

Capitulum. v. A

## Emptione et

venditione. circa quae sepe plura fiunt illicite et illicite acquiruntur. tria sunt nunc videnda. Primo que requirunt ad talia. Secundo quae periculosum est habere officium mercatorum. Tercio qualiter se debeant habere boni vel saluenter mercatores. B Quarta ad primum notandum quod per Vincentium in speculo histori. li. ij. mercatorum proprietates cayn primum habuisse videtur. qui simplicitate vite bonam ad inuentum mensuram et corruptionem perdidit. terminos terre primus possit. rapinis et violentia opes pergreas suos ad latrocinia inuolauit. Quamuis ergo negotiatio vnde hodie res se habet de se non sit illicita. quod ipsa mediante bona terra tunc quarundam aliorum terrenalium carerent boni boni aduehant et e converso. tamen ibi magne fraudes fiunt. C Unum secundo notandum quod per th. ij. q. lxxvij. et Seco. in. iij. di. xv. dupliciter est commutatio. Una economica quoniam commutans intendit recipere rem non pro mercede in ea. huiusmodi ipsa vnde. Alia est commutatio ne-

gociatiua vbi commutans intendit lucrari de re qua acquirat. Emit enim rem non vendit ea. sed ut vendat eam. Ad primam commutationem videtur iusta quinque requiruntur. Et ad secundam videtur iusta eadem. Et ad hanc alia duo requiruntur. Primo igitur ad tractum emptionis et venditionis et ad quemcumque tractum requiritur libertas voluntas in utroque. scilicet vendendi in vno et emendi in altero. id est quod datus velit transire. et recipiens velit accipere rem transferendam. Secundo requiritur libertas in utroque. ita quod neuter ipsorum prohibeatur lege superioris. nec per actum alterius a quo dependeat. Et propter defectum huiusmodi non potest monachus sine licentia superioris. nec filius familias sine licentia patris emere vel vendere. Tercio requiritur ut fiat commutatio sine fraude interueniente bona fide. Ideo. j. lxxv. iij. Nec est voluntas dei ne quis suppediet. neque circumueniat in negotio fratrem suum. Per licentiam suppediet in qualitate iusti per excludit. de quo per pauca dicitur. et circumueniat per fraudem. D Fit autem per th. fraus triplex. Primo in substantia re vendite. ut cum quis rem vnius speciei scienter vendit pro alterius speciei aut substantie minus pretiose. ut auricalcum pro auro aut aquam pro vino. aut mirrum pro puro aut denarium cupreum pro auro contra illud. Isa. j. Argentum tuum versum est in scoriam. vinum tuum mirrum est aqua. Secundo committitur fraus in quantitate. quod per mensuram cognoscitur siue res mensuretur per pondus siue per aliam mensuram corporalem. ut modium vel sextarium. siue sit in liquidis siue aridis. et sicut in libra et pondere. Et in omnibus istis vniuersalis ordo esse iusta mensuram in vendendo et emendo. alias iniustus fit. Ideo dei. xxv. di. Non habebis in sacco diuersa pondera maiora et minus. nec erit in domo tua modiorum maior et minor. ab huiusmodi enim dominus est qui hoc facit. et aduersat omnem iniusticiam. Tercio committitur fraus in qualitate. puta cum quis animal infirmum vendit quasi sanum. aut vinum corruptum quasi sanum et purum. aut ceceum mirrum cum reuiliori. Et quo patet quod qui faciunt res iniustas et defectuosas defectuosas earum